

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

LXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

## LXIII.

LITERÆ BERTOLDI IV. DUCIS ZARINGIÆ AD  
FRIBURGUM CIVITATEM HELVETIÆ.

CIRCA ANNUM MCLXXIX.

*Ex Archivo Monasterii Altaripa.*

**B**erchtoldus Dux & Rector Burgundia. H. Sacerdoti & T. Sculteto ceterisque Burgensibus tam majoribus quam minoribus salutem & victoriam de inimicis. Nunciatum est nobis quod Domum de Altaripa, quam toto cordis affectu diligimus & in nostram tuitionem recepimus injustis exactionibus sive collectis gravetis; & hoc facitis pro Domo, quam in villa vestra habent, cujus occasione eos cogitis, ut adiutoribus vestris conductitiis donativam mercedem erogent, in quo graviter nos offenditis, quia Domum illam liberam eis ab omni censu & ab omni lege seculari fecimus. Insuper concessimus eis, quidquid domus eorum habet & investita est de omnibus, que ad dominium nostrum pertinent. Quapropter mandamus vobis sub obtentione gratie nostre precipientes ut quod eis remittimus, nullatenus exigatis, scientes quod qui eos offenderit, nos offendit, quod ut ratum firmumque permaneat, sigilli nostri auctoritate confirmavimus. Valet.

NB. Sigillum appendens rotundum e cera, in area rubra Leonem aureum, a dextra ad sinistram salientem, exhibet, cum inscriptione: BERCHTOLDVS DVX ZERINGIE ET BVRGVNDIÆ RECTOR.